



Commune Virginum.

IN I. VESPERIS.

Añã. Hæc est Virgo sapiens, * et una de número prudentum.

Psalmus cix.

Ixit Dóminus Dómino meo: *
Sede a dextris meis:

Donec ponam inimicos tuos, * scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuæ emittet Dóminus ex Sion: * dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuæ in splendóribus sanctorum: * ex útero ante luciferum genui te.

Juravit Dóminus, et non pœnitêbit eum: * Tu es sacerdos in ætérnum se-

cúndum órduem Melchisedech.

Dóminus a dextris tuis, * confrégit in die iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus, implebit ruinas: * conquassabit cápita in terra multorum.

De torrênte in via bibet: * propterea exaltabit caput.

Añã. Hæc est Virgo sapiens, et una de número prudentum.

Añã. Hæc est Virgo sapiens, * quam Dóminus vigilântem invénit.

Psalmus cxij.

Laudate púeri Dómini: * laudate nomen Dómini.

Sit nomen Dómini benedictum, * ex hoc nunc, et usque in sæculum.

A solis ortu usque ad occasum, * laudabile nomen Dómini.

Excelsus super omnes Gentes Dóminus, * et super cœlos glória ejus.

Quis sicut Dóminus Deus noster, qui in altis habitat, * et humilia respicit in cœlo et in terra?

Súscitans a terra ínopem, * et de stércore érigens páuperem:

Ut còlocet eum cum principibus, * cum principibus pópuli sui.

Qui habitare facit stérilem in domo, * matrem filiórum lætântem.

Añã. Hæc est Virgo sapiens, quam Dóminus vigilântem invénit.

Añã. Hæc est quæ nescivit torum in delicto: habébit fructum in respectióne animárum sanctorum.

Psalmus cxvj.

Lætatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: * In domum Dómini íbimus.

Stantes erant pedes nostri, * in átriis tuis Jerúsalem.

Jerúsalem, quæ ædificatur ut civitas: * cujus participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Dómini, * testimónium Israel ad confiténdum nómini Dómini.

Quia illic sederunt sedes in judicio, * sedes super domum David.

Rogáte quæ ad pacem sunt Jerúsalem: * et abundantia diligéntibus te:

Fiat pax in virtúte tua: * et abundantia in túrribus tuis.

Propter fratres meos, et próximos meos, * loquēbar pacem de te:

Propter domum Dómini Dei nostri, * quæsivi bona tibi.

Añã. Hæc est quæ nescivit torum in delicto: habébit fructum in respectióne animárum sanctorum.

Añã. Veni elécta mea, * et ponam in te thronum meum, allelúia.

Psalmus cxvij.

Nisi Dóminus ædificaverit domum, * in vanum laboraverunt qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custodierit civitatem, * frustra vigilat qui custodit eam.

Vanum est vobis ante lucem súrgere: * súrgite postquam sederitis, qui

manducátiſ panem dolóris.

Cum déderit diléctis ſuis ſomnum : * ecce heréditas Dómini filii : merces, fructus ventris.

Sicut ſagittæ in manu poténtis : * ita filii excuſórum.

Beátus vir qui implévit deſidérium ſuum ex ipsis : * non confundétur cum loquétur inimicis ſuis in porta.

Añã. Veni elécta mea, et ponam in te thronum meum, alleluia.

Añã. Iſta eſt ſpecióſa * inter filias Jerúſalem.

Psalmus cxxvij.

Lauda Jerúſalem Dóminum : * lauda Deum tuum Sion.

Quóniam confortávit ſeras portárum tuárum : * benedixit filiis tuis in te.

Qui pòſuit fines tuos pacem : * et ádiſe fruménti ſátiat te.

Qui emittit elóquium ſuum terræ : * velóciter currit ſermo ejus.

Qui dat nivem ſicut lanam : * nébulam ſicut cinerem ſpargit,

Mittit cryſtállum ſuam ſicut buccéllas : * ante faciém frígoris ejus quis ſuſtinébit ?

Emittet verbum ſuum, et liquefaciet ea : * flabit ſpírítus ejus, et fluent aquæ.

Qui annúnciat verbum ſuum Jacob : * juſtítias, et judícia ſua Iſrael.

Non fecit táliter omni nátióni : * et judícia ſua non manifeſtávit eis.

Añã. Iſta eſt ſpecióſa inter filias Jerúſalem.

Capitulum. 2. Cor. x. d

Ratres, Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui ſeipſum comméndat, ille probátus eſt : ſed quem Deus comméndat.

Hymnus.

Jesu coróna Vírginum, Quem Mater illa concipit,

Quæ ſola Virgo párturit : Hæc vota clemens áccipe. Qui pergis inter lília, Septus choréis Vírginum, Sponſus decórus glória, Sponſiſque reddens præmia.

Quocúmque tendis, Vírgines

Sequúntur, atque láudibus

Post te canéntes cúrsitant, Hymnóſque dulces péroſant.

Te deprecámur ſúpplices; Noſtris ut addas ſéñſibus,

Nescire prorsus ómnia Corruptionis vúlnera.

Virtus, honor, laus, glória Deo Patri cum Filio, Sancto ſimul Paráclito, In ſæculórum ſæcula.

Amen.

℟. Spécie tua et pulchritúdine tua. **℞.** Inténde, próſpere procéde, et regna.

Ad Magnif. Añã. Veni ſponſa Chriſti, * áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Oratio.

Deus, qui inter cétera poténtiæ tuæ mirácula étiam in ſexu frágnli victóriam martyrii contu-liſti : concéde propítius, ut qui beátæ **N.** Virginis et Mártiris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum.

Alia Oratio.

Indulgéntiam nobis, quæſumus Dómine, beáta **N.** Virgo et Martyr impléret : quæ tibi grata ſemper éxſtitit et mérito caſtitátis, et tuæ profeſſióne virtútis. Per Dñum.

Pro Virgine non Martyre.

Oratio.

Exáudi nos Deus ſalutáris noſter : ut ſicut de beátæ **N.** Virginis tuæ

festivitáte gaudémus, ita piæ devotiónis erudiámur afféctu. Per Dóminum.

Si fuerint plures, in utriſque Vesperis ad Magnificat, Añã. Prudentes Vírgines. cum **℟.** et Oratione ut in Laudibus.

AD MATUTINUM.

Invitat. Regem Vírginum Dóminum, * Veníte adorémus. **Ps.** Veníte. 2.

Hymnus.

Virginis Proles, Opiféxque Matris, Virgo quem gessit, peperitque Virgo; Vírginis partos cánimus decóra

Morte triúmphos.

Hæc enim palmæ dúplicis beáta

Sorte, dum gessit frágnlem domáre

Córpóris ſexum; dómuit cruéntum

Cæde tyránnum.

Unde nec mortem, nec amíca mortis

Mille pœnárum génera expavéſcens,

Sánguine effúſo méruiſt rénum

Scándere cœlum.

Hujus orátu Deus alme nobis

Débitas pœnas ſcélerum remítte;

Ut tibi puro resonemus al-
mum

Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitæ-
que Proli,

Et tibi compar utriusque
virtus

Spiritus semper, Deus
unus omni

Temporis ævo.

Amen.

Pro Virgine non Martyre.

Hymnus.

Virginis Proles, Opi-
fexque Matris,

Virgo quem gessit, pepe-
ritque Virgo;

Virginis festum cānimus
beātæ,

Accipe votum.

Hujus orātu Deus me
nobis

Débitas pœnas scélerum
remitte;

Ut tibi puro resonemus
almum

Pectore carmen.

Sit decus Patri, genitæ-
que Proli,

Et tibi compar utriusque
virtus

Spiritus semper, Deus
unus omni

Temporis ævo.

Amen.

In I. Nocturno.

Añã. O quam pulchra *
est casta generatio cum
claritate?

Psalmus liij.

Omine Dóminus
noster, * quam ad-
mirabile est no-
men tuum in univêrsa
terra!

Quóniam eleváta est ma-
gnificéntia tua, * super
cœlos.

Ex ore infántium et la-
cténtium perfecísti lau-
dem propter inimicos
tuos, * ut déstruas inimi-
cum et ultórem.

Quóniam vidébo cœlos
tuos, ópera digitórum tuó-
rum : * lunam et stéllas,
quæ tu fundásti.

Quid est homo, quod me-
mor es ejus? * aut fílius
hóm̄inis, quóniam vísitas
eum?

Minuísti eum paulo mi-
nus ab Angelis, glória et
honóre coronásti eum : *
et constituísti eum super
ópera mánuum tuárum.

Omnia subjecísti sub pé-
dibus ejus, * oves et boves
univêrsas : insuper et pé-
cora campi.

Vólucres cœli, et pisces
maris, * qui perámbulant
sémitas maris.

Dómine Dóminus no-
ster, * quam admirabile
est nomen tuum in uni-
vêrsa terra!

Añã. O quam pulchra

est casta generatio cum
claritate!

Añã. Ante torum * hujus
Virginis frequentátenobis
dúlcia cántica drámatis.

Psalmus xliij.

Cœli enarrant glóriam
Dei, * et ópera má-
nuum ejus annúnciat fir-
mamentum.

Dies diéi erúctat ver-
bum, * et nox nocti índi-
cat sciéntiam.

Non sunt loquélæ, neque
sermónes, * quorum non
audiántur voces eórum.

In omnem terram exívit
sonus eórum : * et in fines
orbis terræ verba eórum.

In sole pósuit tabernácu-
lum suum : * et ipse tam-
quam sponsus procedens
de thálamo suo :

Exsultávit ut gigas ad
curréndam viam, * a sum-
mo cœlo egréssio ejus :

Et occúrsus ejus usque
ad summum ejus : * nec
est qui se abscondat a cal-
lóre ejus.

Lex Dómini immaculáta
convértens ánimas : * te-
stimónium Dómini fidèle,
sapiéntiam præstans pár-
vulis.

Justítiæ Dómini rectæ,
lætificántes corda : * præ-
ceptum Dómini lúcidum,
illúminans óculos.

Timor Dómini sanctus,
pérmanens in sæculum
sæculi : * júdicia Dómini
vera, justificáta in semet-
ípsa.

Desiderabilia super au-
rum et lápidem pretiósium
multum : * et dulcióra
super mel et favum.

Etenim servus tuus cu-
stódit ea, * in custodién-
dis illis retribúto multa.

Delicta quis intélligit?
ab occúltis meis munda
me : * et ab aliénis parce
servo tuo.

Si mei non fúerint domi-
nati, tunc immaculátus
ero : * et emundábor a de-
licto máximo.

Et erunt ut compláceant
elóquia oris mei : * et me-
ditatio cordis mei in cons-
péctu tuo semper.

Dómine adjútor meus, *
et redemptor meus.

Añã. Ante torum hujus
Virginis frequentáte no-
bis dúlcia cántica dráma-
tis.

Añã. Revértere, * revér-
tere Sunamítis : revérte-
re, revértere, ut intueá-
mur te.

Psalmus xliij.

Domini est terra, et
plenitúdo ejus : * or-
bis terrárum, et univêrsi
qui hábitant in eo.

Quia ipse super mária fundávit eum : * et super flúmina præparávit eum.

Quis ascéndet in montem Dómini? * aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens mánibus et mundo corde, * qui non accépit in vano ánimam suam, nec jurávit in dolo próximo suo.

Hic accípiet benedictiónem a Dómino : * et misericórdiam a Deo salutáris suo.

Hæc est generátio quærentium eum, * quærentium fáciem Dei Jacob.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles : * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus fortis et potens : Dóminus potens in prælio.

Attóllite portas príncipes vestras, et elevámini portæ æternáles : * et introíbit Rex glóriæ.

Quis est iste Rex glóriæ? * Dóminus virtútum ipse est Rex glóriæ.

Añã. Revértere, revértere Sunamítis : revértere, revértere, ut intueámur te.

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde,

prósperè procéde, et re-gna.

Pater noster. **Absolutio.** Exáudi Dómine. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Benedictiónem perpétua.

De Epístola prima beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios.

Lectio j. **Cap. vij. e**

E virgínibus præceptum Dómini non hábeo : consílium autem do, tamquam misericórdiam consecútus a Dómino, ut sim fidélis. Existimo ergo hoc bonum esse propter instántem necessitátem, quóniam bonum est hómíni sic esse. Alligátus es uxóri? noli quærere solutióem. Solútus es ab uxóre? noli quærere uxórem. Si autem accéperis uxórem, non peccásti. Et si núpserit virgo, non peccávit. Tribulatióem tamen carnis habébunt hujúsmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico, fratres : Tempus breve est : reliquum est, ut et qui habent uxóres, tamquam non habentes sint : et qui flent, tamquam non flentes : et qui gaudent, tamquam non gaudentes : et qui emunt, tamquam non possidén-

tes : et qui utúntur hoc mundo, tamquam non utántur : præterit enim figúra hujus mundi.

Pro Martyre, R. Veni sponsa Christi, áccipe corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum : pro cujus amóre sanguinem tuum fudisti, * Et cum Angelis in paradísu introisti. **V.** Veni elécta mea, et ponam in te thronum meum, quia concupívit Rex spéciem tuam. — Et cum Angelis.

Si non fuerit Martyr, dicitur sequens R. Veni elécta mea, et ponam in te thronum meum : * Quia concupívit Rex spéciem tuam. **V.** Spécie tua et pulchritúdine tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Quia.

Benedictio. Unigénitus Dei Fílius.

Lectio ij.

Volo autem vos sine sollicitúdine esse. Qui sine uxóre est, sollicitus est quæ Dómini sunt, quómodo placeat Deo. Qui autem cum uxóre est, sollicitus est quæ sunt mundi, quómodo placeat uxóri, et divisus est. Et múlier innúpta, et virgo cógitat quæ Dómini sunt,

ut sit sancta córpore, et spírítu. Quæ autem nupta est, cógitat quæ sunt mundi, quómodo placeat viro. Porro hoc ad utilitátem vestram dico : non ut láqueum vobis injíciam, sed ad id, quod honestum est, et quod facultátem præbeat sine impedíméto Dóminum obsecrándi.

R. Diffúsa est grátia in lábiis tuis : * Proptérea benedíxit te Deus in ætérnum. **V.** Spécie tua et pulchritúdine tua, inténde, prospere procéde, et regna. — Proptérea.

Benedictio. Spírítus sancti grátia.

Lectio iij.

Si quis autem turpem se vidéri existimat super vírgine sua, quod sit superadúlta, et ita opórtet fieri : quod vult fáciat : non peccat, si nubat. Nam qui státuit in corde suo firmus, non habens necessitátem, potestátem autem habens suæ voluntátis, et hoc judicávit in corde suo, serváre vírginem suam, bene facit. Igitur et qui matrimónio jungit vírginem suam, bene facit : et qui non jungit, mélius facit.

Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit. Quod si dormierit vir ejus, liberata est: cui vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit si sic permanserit, secundum meum consilium: puto autem quod et ego Spiritum Dei habeam.

R. Specie tua et pulchritudine tua, * Intende, prospere procede, et regna.
V. Diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum. — Intende. Gloria Patri. Intende.

In II. Nocturno.

Añ. Specie tua * et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna.

Psalmus rlv.

S Ructavit cor meum verbum bonum: * dico ego opera mea Regi.
Lingua mea calamus scribae, * velociter scribentis.

Speciosus forma praefiliis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis: * propterea benedixit te Deus in aeternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, * potentissime,

Specie tua et pulchritudine tua, * intende, prospere procede, et regna, Propter veritatem, et mansuetudinem, et justitiam: * et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittae tuae acutae, populi sub te cadent, * in corda inimicorum Regis.

Sedes tua Deus in saeculum saeculi: * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, et odisti iniquitatem: * propterea unxit te Deus Deus tuus oleo laetitiae praesortibus tuis.

Myrrha, et gutta, et casia a vestimentis tuis, a domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiae regum in honore tuo.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia, et vide, et inclina aurem tuam: * et obliviscere populum tuum, et domum patris tui.

Et concupiscet Rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, et adorabunt eum.

Et filiae Tyri in muneribus * vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiae

Regis ab intus, * in fimbriis aureis circumamicta varietatibus.

Adducuntur Regi virgines post eam: * proximae ejus afferentur tibi.

Afferentur in laetitia et exultatione: * adducuntur in templum Regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in aeternum: * et in saeculum saeculi.

Añ. Specie tua et pulchritudine tua, intende, prospere procede, et regna.

Añ. Adjuvabit eam * Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Psalmus rlv.

D Deus noster refugium, et virtus: * adjutor in tribulationibus, quae invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatae sunt aquae eorum: * con-

turbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus laetificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus, in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatae sunt Gentes, et inclinatae sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Venite, et videte opera Domini, quae posuit prodigia super terram: * auferens bella usque ad finem terrae.

Arcum conteret, et confringet arma: * et scuta comburent igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Añ. Adjuvabit eam Deus vultu suo: Deus in medio ejus, non commovebitur.

Añ. Aquae multae * non potuerunt extinguere caritatem.

Psalmus rlvij.

Magnus Dóminus, et laudábilis nimis * in civitáte Dei nostri, in monte sancto ejus.

Fundátur exsultatióne univérsæ terræ mons Sion, * látera Aquilonis, civitas Regis magni.

Deus in dómibus ejus cognoscétur, * cum suscipiet eam.

Quóniam ecce reges terræ congregáti sunt: * convenérunt in unum.

Ipsi vidéntes sic admiráti sunt, conturbáti sunt, commóti sunt: * tremor apprehéndit eos.

Ibi dolóres ut parturiéntis, * in spirítu veheménti cónteres naves Tharsis.

Sicut audívimus, sic vídimus in civitáte Dómini virtútum, in civitáte Dei nostri: * Deus fundávit eam in ætérnum.

Suscévimus Deus misericórdiam tuam, * in médio templi tui.

Secúndum nomen tuum Deus, sic et laus tua in fines terræ: * justítia plena est dextera tua.

Lætétur mons Sion, et exsúltent filiæ Judæ, * propter júdicia tua Dómine.

Circúmdate Sion, et com-

plectimini eam: * narráte in túrribus ejus.

Pónite corda vestra in virtúte ejus: * et distribúite domos ejus, ut enarretis in progénie áltera.

Quóniam hic est Deus, Deus noster in ætérnum, et in sæculum sæculi: * ipse reget nos in sæcula.

Añã. Aquæ multæ non potuérunt exstinguere caritátem.

℞. Adjuvábít eam Deus vultu suo. *℞.* Deus in médio ejus, non commovébitur.

Pater noster. *Absolutio.* Ipsíus píetas. *℞.* Jube domne. *Benedictio.* Deus Pater omnípotens.

Sermo sancti Ambrósii Epíscopi.

Lib. i. de Virg. circa init.

Lectio iv.

Quóniam hódie nátalís est Virginis, invítat nunc íntegritátis amor, ut áliquid de virginitáte dicámus: ne véluti tránsitu quodam præstrícta videátur, quæ principális est virtus. Non enim ídeo laudábilis virginitas, quia in Martyribus reperitur: sed quia ipsa Mártýres fáciat. Quis autem húmáno eam possit íngénio comprehéndere,

quam nec nátura suis inclúsit légibus? Aut quis náturáli voce complécti, quod supra usum náturæ sit? E cælo accersívit, quod imitarétur in terris. Nec ímmérito vivéndi sibi usum quæsívit e cælo, quæ sponsum sibi invénit in cælo.

℞. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam: * Et dedúcet te mirabíliter dextera tua. *℞.* Spécie tua et pulchritúdine tua, ínténde, prospere procéde, et regna. — Et dedúcet.

Benedictio. Christus perpetuæ.

Lectio v.

HÆC, nubes, áera, Angelos, síderaque transgrédiens, Verbum Dei in ipso sinu Patris invénit, et toto hausit pectore. Nam quis tantum, cum invénit, relínquat boni? Unguéntum enim exinanítum est nomen tuum: proptérea adolescéntulæ dilexérunt te, et attraxérunt te. Postrémo, non meum est illud, quóniam quæ non nubunt, neque nubéntur, erunt sicut Angeli Dei in cælo. Nemo ergo mirétur, si Angelis comparéntur, quæ

Angelórum Dómino copulantur.

℞. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: * Proptérea unxit te Deus, Deus tuus óleo lætitiæ. *℞.* Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam. — Proptérea.

Benedictio. Ignem sui amoris.

Lectio vij.

Quis ígitur neget hanc vitam fluxísse de cælo, quam non fáctile invenimus in terris, nisi postquam Deus in hæc terréni córporis membra descendit? Tunc in útero Virgo concépit, et Verbum caro factum est, ut caro fieret Deus. Dicit áliquis: Sed étiam Elías nullíus corpórei cóitus fuisse permíxtus cupiditátibus invenítur. Ideo ergo curru raptus ad cælum: ídeo cum Dómino appáret in glória, ídeo Dóminici ventúrus est præcúrsor advéntus.

℞. Afferéntur Regi Virgines post eam, próximæ ejus, * Afferéntur tibi in lætítia et exsultatióne. *℞.* Spécie tua et pulchritúdine tua, ínténde, prospere procéde, et regna. — Afferéntur. *Gloria Patri.* Afferéntur.